Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

[Quaestio 5ta]

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

circumstantiae
applicatione respectu actus interni ad ipsum obiectum
Inferes: quomodo dat circumstantia respectu imperantis, sed solum respectu actus imperati. R. dat

Videndum est, circumstantias actui morali conferre bonitatem aut malitiam speciei distinctam, si nimirum operans intendat bonitatem aut malitiam tam circumstantiae quam obiecti primariam. Quaeritur modo, quomodo circumstantiae debeant esse volitae sive volita, ut actui humano conferant bonitatem aut malitiam.

Conclusio prima: Ut aliqua circumstantia tribuat bonitatem actui, ea debet esse non tantum indirecte, ac virtualiter volita, sed directe & expresse intenta. Suarez de actib. hum. Tract. 3. disp. 5. sect. 2. no. 4. Arriaga disp. 14. sect. 2. no. 132. & alij.

Conclusio patet ex dictis de bonitate obiectiva: honestas enim obiecti non communicatur actui, nisi illa directe & ut sic intendatur: quare neque major honestas obiecti communicat majorem bonitatem actui, nisi etiam ut sic directe & finaliter; sed hanc majorem bonitatem habet obiectum ex circumstantiis, ut patet, quare eius bonitas eodem modo debet aestimari.

Confirmatur, alioquin si quis in ambulis(?) indigens cibo, illud relinqueret ut [illegible], cum quidam pauperibus, hic directe exerceret actum misericordiae, obiter circumstantiam praevisam et non intentam, quod falsum est.

Notandum tamen, peccata, quorum malitia primario consummatur in actu externo, qualia sunt adulterium, homicidium, furtum etc. contrahere speciem, ratione circumstantiis indirecte et implicite intentis. Patet inductione; nam qui furatur, [illegible] clericum, adulterat etc. committit malitiam furti sacrilegii, homicidii, adulterii etc. quod eiusdem rationis sive directe sive indirecte intentatis.

Dices furari in odium proximi et frangere jejunium in contemptum Ecclesiae sunt peccata, quae in solo actu interno consistunt, et dictas circumstantias virtualiter habent sibi conjunctas; ergo adeo etiam istae circumstantiae apprehensae intente, tribuunt speciem malitiae actibus. Idem est primum peccatis, quod in tertijs, id est ijs, quae consummantur exterius(?). Resp. nego suppositum, quia in eo casu circumstantiae malitiae non ad externa, sed interna reducuntur peccata.

Arguitur 1mo Petrus v.g. jejunet, qui etsi solum intendat satisfacere praecepto Ecclesiae et non exercere actum temperantiae vel caritatis, si tamen solum advertat illud jejunium prodesse ad [illegible] temperantiae, et si hoc motivum [illegible] aliud non intendat, negari tamen potest ex eius cognitione minui difficultatem jejunandi, et augere potius et promptitudinem jejunii, ergo [illegible] voluntarium saltem [illegible] sit motivum hoc, augebit tamen bonitatem actus illius [illegible], quo magis intensus sit. Resp. regulariter loquendo eiusmodi motiva intendi [illegible] et saltem, [illegible] aliquo modo, si [illegible] opera [illegible] [illegible].

Arguitur 2do: de circumstantia [illegible] quod, etsi minus volita, imo neque cognita sit, augere tamen videtur [illegible] bonitatem, nam operationes sumunt suum valorem et moralem aestimationem

a dignitate personae operantis proveniat, ut patet in operibus Christi, quae erant
infiniti valoris, ex infinita dignitate personae divinae, proveniente alias opera
humanae volitione, & ob cognitionem personalis dignitatis.

Resp. circumstantiam personae operantis non tenere se ex parte obiecti, sed ipsius
actus, sive est circumstantiam formalem, non obiectivam, de qua tantum hic loquimur;
nam persona operans, videtur habere ad ipsam actionem, ut principium.
deinde supponendo, quod illa sit circumstantia obiectiva, neque tamen posse
majorem honestatem actui conferre, nisi cognoscatur & sit per se
directe & formaliter volita, ita ut neque persona Christi suam
dignitatem incognitam ab ipso Christo operante contulisset majorem
honestatem operibus a se factis: si non ignorans aliquis tua dignitate
se alicui inferiori submittat, non propterea ille actus humilitatis melior
censeretur, quam si non esset in ea dignitate positus. Atribuimus tamen infinitae
operationes Christi si non dignitatem personae suae noscere, non futuras fuisse
infiniti valoris, nam etiam in dato casu illum habuissent
ex [illegible] dignitatem infinitam demeritum: quod non valor, & meritum aliunde augeri,
et non augetur honestas operis: quia praemium non modo cum honestate, & operis
laudabilitate, verum etiam cum dignitate personae praemiandae debet commensurari;
quodcirca quod v.g. gregario militi pro aliquo opere praestito esset
sufficiens praemium, illud idem censebitur impar, si tribuendum sit
alicui duci, etsi super simile opus praestitisset; in hoc tamen dignitas respicere
debet praemium, quod cum illa debet proportionari. Est itaque falsum
honestatem operis totam esse rationem dandi praemium, ipsi operi soli commensuratum, ut patebit ex materia de gratia.

Colligitur ex superius dictis, de dubio, circumstantiam personae,
circa quam habita morosa delectatio, in confessione non esse explicandam,
si ipsa praecise delectet de cogitatione concubitus cum muliere, quamvis